



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 25. Decretum, ringentibus licet nonnullis, confectum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

## §. XXV.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.*Decretum, ringentibus licet nonnullis, confectum.*

**P**rolatis horum Præfulum sententiis, *Psal. p. 366:*  
ambo Cardinales Madrutius, & Lotharingius deputati fuere omnium unanimi consensu, ut conficerent, & per purgarent Decretum de residentia cum Canonibus: porro ad perficiendum ejusmodi opus sibi adlegerunt præfatos Archiepiscopos, aliosque Præfules prius nominatos, qui per tres continuos dies congregationes celebrarunt in ædibus Cardinalis Lotharingii, a quo propofita fuit quædam forma decreti, ut, quid singulis videretur, dicerent sententias, ubi hæc forma majori parti placuit unacum animadverfionibus, additionibus, & mutationibus multis, & ex horum Patrum Sententiis Virodunensis Episcopus, qui Secretarii officioungebatur, decretum redegit in formam proponendam Synodo, quod tamen non nisi post multas altercationes factum est; Hidruntinus enim semper negabat, residentiam jure divino sancitam esse, nec voluit munia Episcopalia præcipi ex eadem lege, sed duntaxat ex jure positivo statuenda esse, neque illos, qui ab Episcopatibus abessent, incurfuros reatum peccati mortalis, ideo sibi suf-

D 3

ficere

Sæcul. XVI. ficere dixit Decretum sub Paulo III. de  
 A.C. 1563. residentia factum.

Displicuit etiam Archiepiscopis Ros-  
 fano, & Lacianensi declaratio illa, qua  
 dicebatur: *IDCIRCO declarat sancta  
 Synodus &c.* cum sic videretur innui,  
 quod Episcopi teneantur ad personalem  
 residentiam: Insuper decreto additum  
 fuit quidquam in gratiam Cardinalis  
 Madrutii, qui petierat mentionem fieri  
 de sex mensibus, de quibus in supe-  
 riori Decreto actum. Vix verbis ex-  
 primi potest, quanti laboris, & operæ  
 hoc decretum utrique Cardinali, ac  
 præcipue Lotharingio constiterit, ut  
 tandem Episcoporum sententias tan-  
 topere diversas ad concordiam revoca-  
 rent, quapropter hic non semel suum  
 honorem in discrimen adduci timebat,  
 quippe cum Hydruntino Archiepiscopo  
 acriter decertabat, majori tamen ad-  
 huc contentione hic idem Archipræful  
 cum Granatensi Archiepiscopo dispu-  
 tabat.

§. XXVI.

*Acerrima disputatio inter Hydrunti-  
 num, & Granatensem Archi-  
 episcopos.*

*Pallav. l. 19. c. 14. n. 1.* Percipiamus autem, qualiter Pallavi-  
*Psalm. p. 367* cinus utriusque altercationem refe-  
 rat: „Hydruntinus Archiepiscopus,  
 in